



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Diplomatvm Belgicorvm Libri Dvo

Le Mire, Aubert

Brvxellis, 1627

73. VValeramus, Dux Limburgensis & Comes Luceburgensis,  
Robertimontense virginum coenobium, ord. Cistertiensis, an. 1221. dotat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10903**

## CAPVT LXXIII.

*W*alcramus, Dux Limburgensis & Comes Luceburgensis, Roberti-montense virginum cœnobium, ord. Cisterciensis, an. 1221. dotat.

**W**ALERAMVS Dux de Lemburg, Comes de Lucenburg, & Marchio de Arlon, vniuersis Christi fidelibus . . . . Inde est, quòd Conuentui sanctimonialium de ROBERTI-MONTE, Cisterciensis ordinis, nemus de *Nigirrey*, sicut in spelunca eiusdem loci vsque ad nemus earum extenditur, contulimus & concessimus perpetuò possidendum. Datum Lemburg, anno gratiæ millesimo ducentesimo vicesimo primo. 1221.

## NOTATIO.

WALERAMVS iste, Dux Limburgensis & Comes Luceburgensis, supra lib. I. cap. 95. pag. 219. memoratus, obiit an. 1229. iuxta Cronendalium, aut an. 1238. iuxta archiua monasterij ad Rodam Ducis siti; in quo sepultus iacet, cum hoc epitaphio:

Itte fuit talis, virtutibus Imperialis,  
Maiestas similem nesciuit habere per orbem,  
Limburg Dux, Archos Arlon, Comes in Luceliburg,  
Walranus: dictus Dux Henricus pater eius.

## CAPVT LXXIV.

*Post longum bellum, pro Comitatu Namurcensi, inter Philippum Marchionem Namurcensem & Waleramum Ducem Limburgensem ac Comitem Luxeburgensem gestum, pax imponitur an. 1222.*

**E**GO IOANNA, Flandriæ & Hannoniæ Comitissa, omnibus certum facio, quòd post longam guerram habitam inter me, & PHILIPPVM Marchionem Namucensem, consanguineum meum,

Aaa 2

&amp; sic